

Psalmus responsorius

Ps 4, 2. 4. 7. 9 (R̄: 7a)

R̄. Leva in signum super nos lumen vultus tui, Dómine.

vel:

Allelúia.

² Cum invocárem, exaudívit me Deus iustítiae meæ.
In tribulatióne dilatásti mihi;
miserére mei et exáudi oratiónem meam. R̄.

⁴ Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum;
Dóminus exáudiet, cum clamávero ad eum. R̄.

⁷ Multi dicunt: «Quis osténdit nobis bona?»
Leva in signum super nos lumen vultus tui, Dómine! R̄.

⁹ In pace in idípsum dórmiam et requiéscam,
quóniam tu, Dómine,
singuláriter in spe constituísti me. R̄.